



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit p[ro]logus sexti libri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



Iohannes presbyter et martyr rome sub iuliano cesare apostata passus est. Quem cum impius imperator xpm publice predicatorem fama referere coperisset ipm teneri: et inauditum in via salariam veterem adduci precepit: ubi si non adoraret sinu

lathrum solis ante ipm idolum decollari mandavit. Qui illud tractus cum adorare cōtemneret iuxta sententiā principis capite cesus est. kalendas iunij. vt in martyologio adonis habet.

De sancto Felice presbytero et mar. Lap. cxlv.



Felix presbyter a martyre in tusciana ciuitate uernisa sub turcio preside passus est tempore valeriani. Qui cum xpm confiteretur et idolorum abominanda sacrificia execraret: necnon xpianos do-

cens ad martyrium singulos hortaretur. Turcius a valeriano imperatore ad ipam ciuitatem missus tenuit felicem presbyterum. Cuius os iam diu lapidibus coronandi fecit: donec spiritus emitteret. Cuius corpus hyreneus diaconus iuxta muros ciuitatis surri sepeluit. it. kalen. iulij.

Explicit liber quintus.

Incipit plogus sexti libri.



Sextus liber huius catalogi cum alijs quattuor sequentibus vsq; ad vndecimum exclusiue: continet gesta et passiones sanctorum quorum festiuitates eueniunt: infra tps in quo representat ecclesia ex

ipius diuine sponse et uerbi dei coniugio filiorum multiplicatione et propagatione: qd tps fuit a pime ecclesie fundatone facta per apostolos et durauit vsq; ad finem seculi. Hoc aut tps ecclesia representat ab octaua corporis xpi que plerumq; cōtingit circa festum natiuitatis sancti iohannis baptiste vsq; ad aduentum dñi. Hori aut filiorum quidam fuerunt ipsius ecclesie fundatores vt apostoli: quidam edificatores: vt doctores: quidam conseruatores: vt confessores: quidam defensores vt martyres: quidam augmentatores: vt uirgines: idcirco tēpus ipsum in quinque partes: et per cōsequens in. v. libros diuisum est.

Nam in hoc. vi. libro mystice figuratur filij

ecclesie fundatores: scz apostoli a natiuitate uerbi delictz iohannis baptiste vsq; ad kalen. augusti. Et hoc sub figura regum israel et iuda: quorum libri tunc legunt: p quos apostoli designant: q principes populorum facti et a deo principes sup oem terram constituti: cum xpo quoq; in. xij. sedib; in die iudicij cōsessori eidē regi regum cōregnare credunt. Nā et mattheus euāgelista in generatōe xpi. xvi. reges enumerat a dauid vsq; ad iechoniam: a quibus xps est p carnē ppagatus: signifi cātes. xij. apostolos: quorum duo euāgeliste fuerunt: et alios duos euāgelistas necnō paulum et barnabā doctores gentium: a quibus dei filius p euāgelium quo ad mūdū noticiā quodammodo est regeneratus. In septimo libro figuratur ecclesie cōstructores: scilz doctores a kalē. augusti vsq; ad kalen. septēbris sub figura sapientissimi salomonis: cuius tunc libri legunt: cuius vsq; uices in ecclesia gerunt doctores scilz diuina sapientia repleti: et quib; tā in grecorum q; latinorum ecclesia quatuor principales existunt: p quatuor libros sapientie designati. In octauo libro figurant ecclesie cōseruatores: uidelz confessores p totū mēsem septēbris. Et hoc sub figura sanctorum Job: Tobie: Judith et Iheser: quorum gesta tūc recolunt: cōfessionē et patientiā confessorum denotantia: q in tribulatione positi mūdū carnē et diabolum trūpharunt. In nono libro figuratur ecclesie defensores. i. martyres p totū mēsem octobris: sub typo setoz machabeoz: quorum tūc libri ponunt: q uel scilz martyres p fide sic et illi p dei lege vsq; ad effusionē sanguinis uiriliter decertarunt. In decimo libro figurant ecclesie augmentatores: scz uirgines p totū mēsem nouēbris vsq; ad aduentum: et hoc sub figura prophetarum quorum tunc uaticinia recolunt: q vt plurimum spreto carnali cōiugio mētis et corporis integritate dño seruantes aduentum xpi et futura tpa p spm predictauerunt. Hic ergo sextus liber cōtinet gesta sanctorum illorum: quorum festa occurrunt infra tps in quo representant ecclesie fundatores: q fuerunt apostoli: qui ecclesiam ipam nedū pncipali uerbi dei predicatōe: sed etiā sui sanguinis effusione fundarunt: quod tēpus ecclesia representat ab octaua corporis xpi siue a natiuitatis festo sancti iohannis baptiste vsq; ad kalen. augusti. Et hi vt dictum est sub figura regum israel: quorum tunc libri legunt. Ad huius ergo tēporis festa pertractanda ueniendū est. Et quia hoc tempore libri regum leguntur: merito festis sanctorum temporis gesta illorum sanctorum regum premitteuntur: quorum dies obitus certi nullo loco reperuntur: uidelz ezechie et iosie. Soli enim hi duo cum tertio dauid propheta sancto ex omnibus regibus israel. Ecclesiastici. xlvij. et. xlix. inter patres sanctos illius temporis sancti nominantur. Sed de dauid suo certo die festo suo loco tractatus fuit: uidelz. iij. kalen. januarij. Ideo de ezechia et iosia dicendum est.